



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De locato & conducto. Titulus XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

**V**Isum fuit de precariis & commodato,  
quæ sunt gratia recipientis, non subji-  
citur de deposito, quod fit gratia t conceden-  
tis, de quo vide §. præterea. Inſtit. quib. mod. re  
contrah. oblig. & ibi Doctores.

*De Emptione & venditione.*

**Titulus XVII.**

*S V M M A R I A.*

- 1 Videantur inſtit. imperiales hoc titulo.
- 2 Res præsumitur juſto pretio vendita.

**I**NTER contractus qui fugiunt gratia u-  
triusque magis frequens est emptio t &  
venditio, de quo ponit & lector videat Inſtit.  
Imper. hoc tit. Res præsumitur t juſto pretio  
vendita, l. ſi fundus §. quanquam & ibi Bal. ff. de  
reb. eorum &c. ac valor & laſio ſunt conſide-  
randa ſecundum tempus contractus, l. 2. &  
ibi gl. & Bart. l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit.  
c. ad aures & ibi gl. fin. & Can. de reb. eccl. non a-  
lien. Greg. 15. decif. 553.

*De locato & conducto.*

**Titulus XVIII.**

*S V M M A R I A.*

- 1 Videantur inſtit. imp. hoc titulo.
- 2 Locationes bonorum Ecclesiarum repræ-  
ſentata pecunia nullatenus validæ ſunt in pra-  
judicium successorum.
- 3 Quæ regula indubitata eſt in præbendario ſi-  
ve ſimplici beneficiato.
- 4 In prælato adhibenda eſt diſtinctio an loca-  
verit nomine ecclesia pro ejus utilitate ob-  
ſervatis ſolemnitatibus, & successor tene-  
tur ſtare locationi.

5 An vero nomine ſuo non intendens obligare  
Eccleſiam aut nomine Eccleſia iniūtiter  
aut neglecta ſolemnitate & ſucessor non  
tenetur ſtare locationi.

6 Lex Conductores C. hoc tit. non habet  
locum in ſucessore in beneficio.

7 Locatio an probet dominium vel poſſeſſionem.

8 Conductor male verſatus poſteſt expelli, ſed  
non perdit melioramenta.

**L**OCA TIO tantam t ſimilitudinem ha-  
bet cū venditione, quod in quibusdam  
caſib⁹ dubitari contingat, an ſit locatio  
vel venditio, l. ff. b. t. Bart. in l. cum in plures ff.  
eod. & in l. item §. qui maximos ff. de publis. §. i-  
tem quaritur Inſtit. hoc tit. merito poſt prece-  
denteſ rubricam ſubjicitur iſta de qua vi-  
de Inſtit. Imper. hoc tit. Locationes bonorum  
Eccleſias repræſentata pecunia, ſive antici-  
patiſ ſolutionibus, factæ, nullatenus validæ  
ſunt t in prajudicium ſucessorum, quo-  
cumque indalto aut privilegio non obſtan-  
te, nec hujusmodi locationes in Romana  
Curia vel extra eam conſirmatur, c. magnam  
ſeff. 25. & graves poenæ in eis appoſita non  
ligant ſucessores, c. 2. de precar. c. de precario.  
10. quæſt. 2. quæ regula t indubitata videtur t  
in præbendario ſive ſimplici beneficiato,  
qui non poſteſt ultra tempus vitæ ſue loca-  
re, c. 2. in fin. de prab. c. de pec. cler. Rot. deſiſt.  
ſub num. 1. vers. & præmissa hoc tit. in nov. Pan.  
in c. fin. ne prel. vic. ſuas & c. num. 4. 5. & ſeq.  
ubi late diſtinguit. Imo per Extravag. ambiſioſe.  
de eccl. non alien. inter communes. prohibetur  
locare fructus & redditus ultra triennium.  
pulchre Covax. var. refol. lib. 2. c. 16. num. 3. &  
per totum Boer. decif. 224 num. 2. Rebuff. in re-  
pet. §. qui vero c. extirpanda in 7. & ult. notab.  
vers. circa primam, quando in arrendamentum.  
In prælato adhibenda t eſt diſtinctio, an 4  
locaverit nomine Eccleſia, pro ejus utilita-  
te, ob-

te, observatis solemnitatibus, pecuniaque inde recepta in utilitatem ecclesia conversa fuerit, & successor tenetur stare locationi, c.  
 1. de solut. c. hac hujus placiti c. quicunque suffragio 12. quest. 2. c. 1. de deposit. c. hoc ius in fin. princ. vers. is creditore 10. quest. 2. Rot. decis. 1. in princ. hoc tit. in nov. Franc. Marc. quest. 196. par.  
 2. Covar. var. resolut. lib. 2. c. 15. num. 5. anverto † nomine suo, non intendens obligare Ecclesiam, aut nomine Ecclesia inutiliter, aut neglecta solemnitate, & successor non tenetur stare locationi: d. c. magnam sess. 25.  
 c. 2. de precar. c. fin. & ibi Can. post gloss. ne prael. vic. suas & c. Rot. decis. 1. & decis. 2. hoc tit. in nov. quacum beneficia Ecclesiastica personalia sint, contractus locationis circa illa habitus, personas obtinentis non excedit, c. nisi de prael. c. ad hoc de auct. & usu pall. per obitum ipso jure expirat, Rot. d. decis. 1. num. 2. hoc tit. in nov. c. fin. & ibi gloss. in verbo terminum & Can. ne prael. vii. suas, & c. c. possessiones 16. quest. 1. & ibi gl. si conductor aliquid ultra solvit, sibi imputet, quia providere debuit, l. si quis domum §. 1. ff. deloc. sed & si successor receperit pensionem certis temporibus, censetur ratificasse locationem tacite pro tempore quo recepit pensionem, & nulla censetur pro futuro tempore locatio nova introducata. Put. decis. 175. & 178. lib. 1. Rot. d. decis. 1. num. 2. & decis. 2. vers. sed pone hoc tit. in nov. l. item queritur §. qui impleto ff. de loc. Prælatus enim in vita æquiparatur ususfructuario, & ususfructuarius morte finitur, c. presenti deff. ord. in c. & ibi Can. tum quod successor in beneficio, venit ex novo titulo, non jure hæreditario, c. 2. de concess. prab. c. ad decorum de inst. c. ad extirpandas de fil. presb. Pœna † legis conductores C. hoc tit. non habet locum in successore in beneficio, ut conductor in iudicio contradicens teneatur ad aestimationem bonorum locatorum, Rot. decis. 2. in

princ. hoc tit. in nov. l. emptorem & ibi gl. in verb. colono, & DD. C. de loc.

Locatio non probat † dominium, c. inter 7 dilectos de fid. instr. l. ad probationem C. hoc tit. nisi concurrentibus administriculis, Bart. in l. ad probationem Felin. in c. inter dilectos numer. 8. & ibi Can. aut possessionem, l. ne-mo C. hoc tit. contra extraneos, sed bene inter ipsos contrahentes, l. prædia ff. de acq. poss. Rot. decis. 1. de fid. instr. in antiqu. Monach. remed. 3. retinenda num. 571. & seqq. Greg. xv. decis. 6. & ibi late add. aut valorem annui redditus, Rot. divers. decis. 116. num. 2. & 3. par. 2. Sarn. in reg. de valore, quest. 11. in princ. conductor † male versatus potest expelli, l. edæ 8 C. locat. Sed non perdit meliorationes, l. colo-nus ff. hoc tit.

### De rerum permutatione.

#### Titulus XIX.

#### S U M M A R I A.

1. Permutatio est contractus innominatus quo certa species pro certa specie vicaria præstatione mutatur.
2. Contrahitur nudo pacto & re tradita etiam ex altera parte tantum & accipientis facta.
3. Datur ei qui ex parte sua permutationem implevit actio prescriptus verbis bona fidei contra compermutantem ut fides placili si bi servetur &.
4. Condicio ob causam que non oritur ex permutatione, ut datum recipiat.
5. In permutatione que sit de ecclesia ut de proprietate, pactum intervenire potest.
6. In qua requiritur authoritas superioris & consensus capituli expressus in expletione eius propter alienationem juris ecclesia.

TITI 2 7 IN